

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Hermann Lembke Johann Bernhard Zinzerling

**Brabeia Nomik Super tergmina & utramq[ue] fere in iuribus faciente paginam
paratura Impensarum Dotis Illatae, Funeris Elati, Litis Sublatae**

[Rostock]: Graphis Chilianis, 1660

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735194734>

Druck Freier  Zugang



Aufwand für
Gift, Beisetzung, Stein

Proj. + Diff.

K. Lembeck (J. A. Eizelius)

R. u. m. 1660.

FAVEANT SUPERA DISPOSITIS!
BRABEIA NOMIKH

Super
tergeminâ & utramq; fere in juribus faciente paginam
paraturâ

IMPENSARUM
DOTIS FUNERIS LITIS
ILLATÆ, ELATI, SUBLATÆ,

Autoritate & Scito
Inlustrioris Jurisprudentiae Antistitum Ordinis

in Athenæo Balthico

Sub moderatione & tuitione

AMPLISSIMI ET EXCELLENTISSIMI

DN. HERMANNI ESEN BRENN
JCTI & ANTECESSORIS ROSTOCH. NOBILISSIMI,
IN PRÆSENTIARUM DECANI PERQVAM SPECTABILIS,

Patroni ac Favitoris ætatem obſervandi,

PRO LICENTIA

Supremorum in utroq; jure honorum, Doctoreiq; cinguli
rite indipiscundi,

comi & in affectato Eruditorum arg; Politorum exagio
publicitus exposita

JOAN-BERNHARDO JUSTI F. ZINZERLINGO,
Sternbergæ in Prytanio Herulorum Provinciali nato.

in προσχάσια conlationibus solennibus devoto.

III. Non. Quintil. æra vulgarie 1660.

Horis meridiem præuentibus & excipientibus.

Simplic. in Epict. cap. 8.

Ταῦτα τὰ δίαιτα, ηδονὴ, ηγχεία, η φύσεως αἰώνιαί σαρκὸν πεπολεῖ
τὸν ψυχὴν τῇ θνητῇ δυνατείᾳ,

IN INCLUT. STUD. UNIVERS. LACIB.
GRAPHIS CHILIANIS.

Inclitæ Reip. ROSTOCHIENSIS,
inter Hanseaticas non extimæ,
Columinibus & Luminibus speciosissimis:
Magnificis, Nobiliss., Consultiss., Ampliss., Excellentiss., Prudentiss.,
Claris., Spectatiss., Egregiiss. ac Integerrimis Viris:

DOMINIS
COSS., SYNDIC., SENATORIB., PROTONOTAR.,
ATQVE SECRETAR.
ET SIC TOTI SENATUI:
DOMINIS
XVI. VIR., C. VIR., ECCLESIASTIC.
REDITUUM OECONOM., UTRIQUE ΔΗΜΟΣΙΩΙ;
SÆRAR. PRÆF. EORUMQUE SCRINIAR.
& reliquo Coronae Civicæ flori,
ATQUE ITA TOTI POPULO LACIBURGICO,
Dominis Gratosis,
Mœcenatibus, Patronis, Evergetis, Promotoribus,
Fautoribus, Amicis, & non minimam partem Co-
gnatis Affinibusq;
Omni veneratione, obseruantia, honore, cultu, obse-
quio & amore æviternum prosequendis,
ea quæ par est submissione & reverentia,
adversum soli natalis metropolin
almam Musarum fotricem & nutriticem
hoc terrenaque piissimi gratissimique animi,
a quo dolus malus abest,
exiguissimum effectu, at affectu asiduissimum
extare volui

JOAN. BERNHARD. ZINZERLING.



IMPENSAS NOSTRAS, JESU, TUI IMPERTI UBERIS MAGMENTO.

Th. I.

IMPENSA dicitur ab IMPENDO: quod verbum constructum ex præpositione IN & vocula PENDO. De vi præverbii IN Paulus non adeò integer Festi compilator ita: IN præpositio significat modo, quod non, ut: Inimicus, modo auctionem, ut: Inclamavit. modo ubi quo tendatur, ut: Incurrit: modo ubi qui sit, ut: Inambulat. Ex quibus 4. significatibus penultimus hujus præprimis est loci. PENDO propriè PENDERE Facio denotat in genere, ceu indicio est compositum SUSPENDO: in specie v. PONDERO IN LANCE ET LIBRA PENDENTIA. Hinc LIBIPENS, qui librâ pendit, ut stipem militibus: item qui ponderibus explorandis præst, ponderatoris audit, Græcis Λυγόσ ἀντει 1.2.C. de pond. & aur. illat. & LANIPENS, mulier pensa distribuens. Dein per translationem CONSIDERO, REPUTO. Et quandoquidem æra, quæ exolvebantur pro re aliquâ, ponderabantur & appendebantur, inde pendere est EXOLVERE, NUMERARE, auszahlen. Cic. 1. epist. ad Quint. fr. 1. Quanta pecunia penderetur, si omnium nomine, quic. Romæ ludos facerent, quod erat jam institutum, erga- retur? Ulp. in l. 52. §. 15. ff. pro soc. Sumptus in societatem pensi. Corn. Nep. 23, 7, 5. Pecunia ex fœdere Romanis pensa. Symm. 1. Epist. 73. Hoc specimen est florentis Reip., ut disciplinarum Professoribus præmia opulenta pendantur. Quam beatitudinem seculorum suorum (ut obiter hoc interspergatur) volvère indigetare Imp. Constantinus & Justinianus, dumita rescripte, Ille l. 6. C. de Prof. & Med: (quæ lex etiam exprimit admodum eorum beneficia): Mercedes Professoribus & salario reddi jubemus, quò facilius liberalibus studiis & aliis artibus multos inserviant. Hic in Pragm. sanct: c. 22. Annona Professionem suam exercentibus erganda. inspic. & Cassiod. g. V. L. 21. & Rostesvch. disp. secular. de Prof. hab. Gedan. 1658. rh. 28. & seqq. Sed ad pensum nostrum. Veterum mos erat pecunias appendendo accipere & dare. De Romanis sic tradit Plinius superior Plinii Cœcili, Trajano Imp. amici, avunculus 33. hisp. nat. 3. Populus (inquiens) Romanus ne argento quidem signato ante Pyrrhum Regem devictum usus est: Libræ æs (unde etiam nunc libella dicitur) & dipondius appendebatur assis: Quare æris gravis (de quo Senec. consol. ad Helvid. c. 22. n. 16). ibid. Lips. & i. N. Q. 1.): quia scil: quod solvebant, non numerabant, sed ponderabant: Et adhuc expensa in rationibus dicuntur: Item impendia & Pondera: Quin & militarum stipendiorum hoc est stupis ponderandæ pensatores Libripendes dicuntur; quâ consuetudine in iis emtionibus, quæ Mancipi sunt, nunc libra interponitur. vid. & Varr. 4. de L. L. in fin. lsd: 16, 17.

Scholia ast: retus Persii sat: 2. v. 59. Donat in Ter: Phorm. 1, 1, 19. Ant. Vols. in Ovid. epist. 7.
Oijel. not: in Caij: 3. Inst: 2. Bernegg: diatr: 3. in Suet: Aug: c. 12. lit: K. Hiltig in Dom: 6. 6. B.
& 16. 15. A. Nec aliam solvendi rationem apud Ebræos in usu fuisse, nemini latebit,
nisi qui planè nullam Pandectarum sacrarum thesauro impendit meditationem...
Geminus modo locus ex Mose & Prophetis in apricum proferetur. Gen. 23, 20. ubi
Abrahamus ab Ephrone Hethitâ tumulum emit hereditarium, his verbis: Et APPEN-
PENDIT ABRAHAM EPHRONI PECUNIAM, QUAM DIXIT. Zach. 11, 12. ubi de Christo à
Judà Iscariote 30. siclis, post proditorem suspensum, in agrum à figulo redem-
tum, sepulturæq; peregrinorum destinatum, impensis, prodendo, vaticinium...
quod impletum in Novo Instrumento à Matth. 27, 7. extat his verbis: Et APPEN-
DERUNT PRETUM MEUM 30. NUMOS. Ex his paribusq; S. Codicis locis astutam patet,
Ebræos quoq; olim non numerasse, sed appendisse pecuniam. Inde etiam tot
in re monetariâ mansere vocabula. Cœterum Impensa, in quâ jam potissimum
discursus vortitur cardo, non tam substantivum quā adjectivum substantivē
positum, vel in quo substantivum subauditur, sc. Pecunia. Unde conjunctim di-
citur Impendere pecuniam in l. 19. § 4. ff. de neg: gest: l. 58. § 2. ff loc: cond: l. 6. § 4. ff de
pecul: leg: l. 13. C. quod cum eo Impensa pecunial. 46. § 1. ff. de damn: inf: & Expensa pe-
cunia l. 59. ff. de adm: & pericul: tut.

Th. II. Nec minus vocis Impensa diversi offenduntur in probatis auctori-
bus significatus. 1. Idem admodum est quod sumtus t. t. ff. de imp. in rem: dot:
fact: 2. Stipe, & sacrum, quod nondum erat pensum. De ea ita Scalig: ad Varr: de
L. L. Hanc pecuniam, inquit, sic repositam in cellâ Dœ Festus ait vocatam fuisse,
quod nondum esset pensa, sed stipata: unde factum est, ut quævis stipatio & far-
ctura Impensa diceretur. 3. Farcta, quâ pulli aliæve aves farciuntur aliles.
Germ. das füllen. Apitius, jurium consultissimus coquinorum helluonumq; di-
ctator, s. ut Sen: Conf. ad Helv: c. 10. Scientia professor popinalis lib. 4. Perunges pa-
tinaam, in quâ ova 6. cum œnogaro, miscebis cum succo asparagi, impones cineri
calido, inde impensam præscriptam, tum ficedulas compones. add. Arnob: lib. 7.
adv: gent: Hinc proverb: desumptum fertur: Oleum & impensam Macrobi: 2. saturn: 4.
aut sumtum Pl. Rud. prol. 24. perdere. v. Nir: Löens: 7. epiphyl. 2. qui extat in tom V.
Facit Crit: à Gruter: edit: & Adag: Erasmi: Hieronymus pro impensa substituit Impen-
dium lib. 2. adv: Jovin. citatus in can. ne tales. 29. de consecr: dist. 4. 5. 4. Tectorium,
quo parietes aut testudines conteguntur. Palladi: 1. R. 9, 13. & 40. Gronov. diatr. ad
Papin. Stat. pag. 172. Quorum tribus posterioribus valere jussis prior hac vice signi-
ficatus primas tenet. Cœterum nec hoc sicco prætereundum pede, quod in Addi-
tion. noviss. ad Colleg. Jurid. Argent. tit. ff. de Imp. in rem dot. fact. adnotatum ex Scip.
Gent. lib. 1. de don. int. vir. & ux. c. 40. Impensam sumi non raro figurata, pro re ipsâ,
in quam erogatio facta est, ut in l. 3. § 2 ff. de don. int. vir. & ux.

Th. III.

Th. III. Varia insuper tum in nostro Jure, tum apud Autores adsiduos Impensa sortitur Synonyma, ut sunt: Expensæ l. 39. §. f. ff. de min. 25. ann. l. 12. pr. C. de pet. her. Expensus numus l. 2. C. de postl. rev. Impendium l. 20. pr. ff. de oper. lib. l. 6. ff. de jur. delib. Plin. l. epist. 15. Tac. 4. ann. 6. 7. Sumitus l. 10. §. f. ff. de ann. leg. l. 17. ff. de rob. auct. jud. poſt. (aliás l. 2. de privil. cred.) in quâ tria illa nomina unâ posita serie extant; ut apud Justin. 12. u. l. & 2. Erogatio (quam vocem à rogo s. pyrà descendere vult Georg. Ambian. ad Tertull. de præscript. c. 1. & apologet. 44. sed quām bene & verè, alii expendant; interim duntaxat perpendatur Lips. ad Sen. de prov. c. 5.) l. f. ff. de pet. her. Erogata impensæ l. un. C. de exp. lud. publ. Erogata pecunia l. 102. pr. ff. de leg. 3. Erogatus numus Cic. 5. epist. ad Att. 21. Sumitus infumti l. d. de invent. erogati l. 29. §. 2. ff. de pign. l. 1. C. Greg. de rei vind. Impensi Cic. lib. 3. in Verr. in f. Exhibitiō l. f. C. de alim. pup. præst. Conlatio l. 20. pr. ff. de relig. & sumt. fun. Quandoq; quoq; Melioratio, Gr. επετώρημα l. 3. C. de jur. emphyt. l. f. C. de neg. gest. can. 2. cauf. 10. q. 2. §. qui rē hujus m. qui §. idē est cū auth: qui rē hujus m: C. de S. S. Ecl., de sumt. ex N. 120. c. 8. 2. feud. 28. c. adhæc. v. si vasallus. Impensæ ad rem meliorandā erogata l. 16. C. de evit. Sumitus meliorati prædii l. 16. C. de præd. & al. reb. min. Reparatio l. 2. C. Th. de sep. viol. l. 34. C. Th. de curs. publ. Restauratio l. 17. C. Th. de op. publ. Incrementū l. u. C. Th. de an. civ. & pan. gradil. Augmentum l. 20. §. 3. ff. de her. pet. Accessio l. 34 pr. de contrah. emt.

Th. IV. Porro non adeo inconvenienter describi Impensa queat, quod sit pecunia, quam quis exposuit vel exponere debet in rem aliquam ad quemlibet usum. Pecunia vocabulum, quod in finitione generis nomine venit, tam in illo significatu, quo numeros solum vel aurum, argentum, æs signatum, quām quo rem quam c. aliam designat, sumendum videtur l. 178. pr. l. 222. ff. de V. S. conf. Rebhan. hodeget, chart. 2. clim. 3. parall. 3. §. 4. Consultius autem visum fuit, loco generis ponere Pecuniam quām Sumtum: siquidem hoc posterius non est adeo diversum quid à priori, sed admodum synonymum, ut ex th. præced. liquet. Si jam Sumitus pro genere Impensæ adsciscere allubesceret, idem esset ac si Ensem per Gladium, Baculum per Scipionem, Mulierem per Feminam, Restim per Funem, Mortem per Letum describere quis præsumeret: Quod tamen non licere, ex regulâ Philosophorum, quorum auctoritatem in multis non defugunt J. C. ti, vid. l. 2. ff. de legib. l. 76. ff. de jud. l. 36. ff. de solut. & lib. l. 39. ff. de pæn. l. f. ff. de nund: constat: cum genus debeat esse latius specie, per se sumtum. Cœterum objectum s. Materia circa quam, est vel Persona, vel Res, vel Lis s. actio. Hinc dicuntur Impensæ, Expensæ, sumitus fieri in obsonio, in unguentis aut cibariis familiæ l. 31. §. 9. ff. de don. int. vir. & ux. in doctrinam & alimenta puerorum l. 28. §. 1 ff. eod. l. 13. §. 22. auct. emt. in educationem, ministeria & studia pupillorum l. 2. C. de alim. pup. pr. in curationem & valetudinem ægri d. l. 13. Luc. 20. 35. l. 22. l. 26. §. 6. ff. mand. §. 1. 3. de obl. quæ ex q. del. in Medicos Marc. 5. 26. Luc. 8. 43 l. 52. §. 4. ff. profoc. cap. 1. X de inj. & damn. dat.

Sen. 6. benef. 10. in funus t. i. ff. & C de relig. in rem alienam l. 18. §. f. ff. de donat. l. 6. §. 3.
de neg. gest. in negotia hereditaria l. 13 eod. in rem communem §. 13. l. de obl. quæ ex
q. contr. in prædia l. 41. ff. de usuf. in dotem t. t. de imp. in rem dot. fact. in nuptias
l. 52. ff. de adm. & peric tut. Ter. Ph. 4, 3, 61. Justin. 21, 4, 5. in ædes l. 44. §. 1. ff. de damn.
inf. cap. un. vers. Expensæ autem, quæ fiunt. de decim. in extrav. com. in rem pupilli
l. 5. §. 1. de O. & A. t. t. ff. ubi pup. educ. §. 2. l. de obl. que ex q. contr. in insinuationem te-
stamenti, inventarii confectionem & alias causas hereditatis necessarias l. f. §. 9. C.
de jur. delib. in fundum mortis causa donatum l. 14. ff. de don. mort. caus. in jumenta
l. 10. §. f. ff. de ann. leg. in necessitates civitatis l. 1. C. de navic. Plin. 10. epist. 48. in aquæ-
ductus, murorum constructionem, pontium & aggerum instructionem l. 4. pr. de
discuss. Plin. 10. ep. 46. Justin. 2, 1. 20. in viam l. 19. §. 2. ff. comm. div. in iter & navigatio-
nem l. 10. ff. de rei vind. Plin. 10. ep. 50. in ludos t. t. C. de exp. lud. in bellum C. Nep. 13, 1, 2.
in classem l. d. 1, 7, 6. in exercitum s. exercituales Justin. 9, 1, 9. Casiod. 3, V. L. 42. Ma-
mert. paneg. in Julian. p. m. 207. in legatos l. 6. ff. de legation. Plin. 10. epist. 52. & 53. in li-
tem t. t. C. de fract. & lit. exp. & id genus immensa alia, quæ jam compendifaciendi
ergo sicco prætereuntur pede. Interim ad. Parens b. m. Justus com. nov: in l. 5. peri-
culi ff. de foen. naut. p. m. 132. Ex hoc recensitarum impensarum periculo luce patere
meridianâ clariss. non ambiguum est, quod commoda earū disperditio esse queat
in EXTRAJUDICIALES & JUDICIALBS. Illæ fiunt vel in Personas vel in Res: Hæ in li-
tem s. actionem, ut ex præfatis liquidum est.

Th. V. Alia etiam Impensarum amat communiter institui divisio à fine, ut
sint vel NECESSARÆ, vel UTILES, vel VOLÜPTARÆ (quamvis hæ omnes ad classem
Extrajudicialium etiam referri possint) Necessarie sunt, quæ habent necessitatem
impendendi l. 1. §. 1. ff. de imp. in rem dot. fact. vel quibus non factis res aut peritura
aut deterior futura est l. 79. ff. de V. S. vel quibus non factis res imminuitur l. 14. pr.
ff. de imp. in rem dot. fact. Quarum nomine veniunt, quæ fiunt in moles, quis ma-
ria vel flumina submoventur, in aggerum factionem & fluminum averzionem l. 1.
§. f. & d. l. 14. pr. ff. de imp. in res dot. l. 1. §. 8. ff. ne quid in loc. publ. in pißrinum vel hor-
reum necessario extruendum, olivetorum defectorum restorationem, præstati-
nem ex stipulatione damni infecti, ne committatur d. l. 1. §. f. ff. de impens. Colum. s.
R.R. 18. in valetudinem & cibaria servorum l. 2. l. 15. ff. de impens. culturam agrorum,
propagationem vitium, arborum curationem, feminarii pro utilitate agri factio-
nem l. 3. pr. l. 15. ff. eod. ædificii ruinam minitantis, quod habere mulieri utile est, re-
fectionem d. l. 1. §. f. d. l. 15. ff. eod. Nov. 67. c. 2. sive veteris culturam d. l. 14. pr. Sym. 1.
epist. 4. & 6, 71. Senec. epist. 12. C. Nep. 25, 13, 2. ibid. Böckl.

Th. VI. Utiles sunt, quas quis utiliter fecit, quibus non factis, deterior qui-
dem res non fuerit; factis autem fructuosior & melior effeta est l. 5. §. f. ff. de im-
ens. d. l. 79. §. 1. ff. de V. S. In his censentur: Novellerum in fundo facere, vel ultra
quam

quam necessum erat arbustum pastinare, pistrinum vel horreum insulae, aut tabernam in domo adficere, servos docere artes l. 6. ff. de impens. d.l. 79. l. 6. §. f. ff. sol matr. Colum. s. R. R. 3. pecora prædiis imponere hoc est stercorare l. 14. §. l. ff. de impens. vincta & oliveta facere Ulpian. cap. 6. §. 16.

Th. VII. Voluptarie, alias appellatae Voluptuosæ l. 14. ff. de impens. & supervacæ l. 39. §. 1. ff. de her. pet. sunt, quæ ad voluptatem fiunt, & species exornant l. 7. ff. de impens. vel quibus neq; omissis deterior dos fieret, neq; factis fructuosior effecta est Ulp. l. c. §. 17. Cujusmodi audire amant Viridia d. l. 79. qua & viridaria l. 13. §. 4. & 7. ff. de usufi. l. 15. §. 1. de servit. Ulp. l. c. sive viridiaria l. 8. §. 1. ff. de instr. & instr. leg. Spectant huc horti pensiles positi in fenestris Plin. 19. H.N. 14. Martial. 11. epigr. 19. Senec. epist. 22. & 5. controv. 5. Ambulationes arboribus in fructuosis opacæ atq; amæna d. l. 13. §. 4. Aquæ salientes d. l. 79. Incrustationes, Loricationes, Pietura d. l. 79. l. 17. §. 3. de act. emt. Mamert. paneg. in Jul. p. m. 207. Symm. 1. epist. 6. Ubi non prætermittendum, Incrustationis tres dari species: Πάτωσιν, tessellationem s. pavimentum, opus quo solum; Ορθομαρμάρωσιν l. Ορθόπρωσιν, quo parietes; & Μετέωρον, Musivarium opus, s. Musium & Musivum, quo camerae ornabantur. Balneæ s. balinea, Thermæ l. 14. §. 2. ff. de impens. l. 35. §. f. ff. de leg. 3. l. 1. §. 1. ff. de mun. & hon. Mœnianal. 242. §. 1. ff. de V.S. l. 2. §. 6. ff. ne quid in loc. publ. l. 11. C. de ædific. priv. Consulatur de his Mœnianis, non à Menio, q. principe tignorum projectore, sed à Mœnibus, ut Mediana à Medio vocatis Salmas not ad Spartan. in Pescenn. Cæterum de rebus in ornamentum positis, impensa causâ (quod Plinio 36. H.N. 6. lautitia causâ) lautissimam concinnavit epistolam Seneca, quæ in ordine censetur 86. Hæc maximè facit ad illustrationem extimarum expensarum. vid. etiam Ejusdem epist. 90. & de iranq. an. c. 9.

Th. IX. Cum vero longum foret omnem impensarum materiem pertenerere: animus est triplicem duntaxat, non imam ducentem in Foro familiam, delibile, videl. DOTIS, FUNERIS & LITIS. Earum tituli nominatim & sigillatim extant hi. De UNA est lib. 25. tit. 1. ff. de imp. in res dot. fact. De ALTERA lib. 11. tit. 7. ff. lib. 3. tit. 4. C. de relig. & sumt. fun. Nov 59. de deb. imp. in exec. def. in Decr. caus. 13. q. 2. de jur. fun. In Decretal. lib. 3. tit. 28. lib. 3. t. 12. in VI. in Clement. lib. 3. t. 7. In Extrav. comm. lib. 3. t. 6. de sepult. De EX T I M A lib. 3. t. 2. Cl. de sport. & sumt. in div. jud. fac. lib. 7. t. 5. C. Justin. & lib. 4. t. 18. C. Th. de fruct. & exp. lit. lib. 10. t. 67. C. de sumt. recip. N. 112. de litig. & de dec. part. ab act. caut. praest. Sparsim quænam LL. & CO. de iis agant, disserere, non adeò opus est; siquidem illæ quævis mox sub suo adnotabuntur vexillo. Imò Elementa juris his non planè destituuntur materiis. Summam attingit §. 37. l. de act. Medium §. 4. l. de leg. Falc. Imam §. 10. l. d. except. §. 1. l. de pæn. tem. lit.

Th. IX. Primas nunc rectâ arripiamus faculas, & optumum maximum
matrimonii somitem DOTEM & Ejus præ primis lustrem IMPENSAS. Terminum
quod spectat syncategorematicum, prius indagandum venit, cui is suos ferat na-
tales acceptos. Dotis nomen alii purum Romanum, alii ex Hellade raptum con-
tendunt. Utros illorum sequaris, parum refert. Sive n. à Latino DO, s. à Græco
διδωμι l. *διδω* deducatur, res eodem recidit: quippe cum sint significationis ad-
modum ejusdem.

Th. X. Quemadmodum nomen Dos, ut præmemorata aperiunt, à dando
ductum, ita quandoq; etiam 1. generaliter pro quoq; beneficio sumitur s. à naturâ
s. ab hominibus impertito. Hinc dotes animi & corporis Ovid. 2. de art. am. In-
genii dotes corporis addo bonis. Id. 3. trist. 7. Et raras dotes Ingeniumq; dedit.
Id. epist. Sapph. ad Phaon. Dos erat illa loci. 2. pro rebus & instrumentis prædio
inservientibus, ut idem sit quod Græcorum *εὐθύνη* l. 2. §. 1. l. 20. §. 1. & 3. ff. de instr.
& instr. leg. l. 52. §. 2. ff. de fidej. & mand. 3. In Jure Pontif. de largitionibus in fun-
dationem & extirctionem sacelli factis, cujusm: dos ante erectionem sacelli ad-
signetur necesse est, unde necessarii Ecclesiæ sufficiant sumtus c. 8. de confecr. Eccl.
can. 3. q. 1 cauf. 10. 4. A Jctis propriè & strictè habetur pro eo, quod pro ferendis
matrimonii oneribus constituitur. Et h. m. sumitur iterum vel Abstractive, & vel
pro titulo s. causâ §. 40. l. de R. D. tot. tit. ff. pro dot: vel pro jure in re dotali constitu-
t. 7. pr. & t. t. ff. l. 1. s. 6. n. & t. t. C. de jur. dot. t. t. C. de rei ux. act. l. s. ff. de impens. vel con-
cretive pro pecuniâ s. re marito nuptiarum causâ datâ l. 41. sol. matr. l. 30. pr. C. de
jur. dot. & sic hac in primis vice accipitur.

Th. XI. Quamlibet non de facilis detur aliquod nomen, quod plenè & planè
ejusdem sit notationis cum dote, quam M. Attius Epid. 2, 1, u. nuncupat pecuniam
maritam s. maritatem, Varr. s. L. L. 7. Sponsam (ut nos docuit Meurs. Spicil. in Theocr.
idyll. 28.) & Imp. in l. unic. C. de R. II. A. rem uxori. Offenduntur interim tamen
nonnulla, quæ non mediocrem cum è convenientiam & cognitionem habe-
ant, uti sunt. 1. Arrhæ. rubr. & t. t. C. de spons. l. 56. pr. C. de episc. & cler. N. 123. c. 39.
quarum nomine inter alia jocalia venit etiam anulus Plin. 33. H. N. 1. Juven. 6. 21. l. 36.
§. 1. ff. de don. int. v. & 11. c. ii. de præsumat. c. ii. de sent. & rejud. can. 3. & 7. 9. 5. cauf. 30.
Tertull. apol. c. 6. Consul: Speidel, specul. in Ring & Gemalring. 2. Sponsalitia lar-
gitas rubr. C. de don. ant. nupt. quæ duplex: Alia est reciproca donatio propter af-
fectionem sponsivæ l. 16. C. d. t. & vocatur etiam largitio in sponsam per-
fecta l. 9. C. Th. de inf. us quæ sub tyr. sponsale munus Paneg. dict. Max. & Const. p.
m. 113. Alia sponsalitorum s. sponsarium. t. C. Just. & Th. si rect. prov. facta à fau-
toribus & amicis l. i. C. si nupt. ex rescr. pet. v. & t. t. C. Th. de spons. 3. Donatio ante
s. propter nupt. t. t. C. de don. ant. nupt. §. 3. l. de don. 4. Donatio inter vir. & ux. t. t. ff.
& C. de don. int. V. & 11. sive inter maritos l. 52. §. 1. ff. d. t. 5. Donatio mortis causâ
l. 9. 10.

l.9.10.11. ff. eod. l.43. de don. mort. cauf. N.22. ad exemplum legati redacta, eiq; connumerata per omnia ferè §. i. 3. de don. De his 3. donationum positionibus v. Disp. de Donat., quam sub præsid. b.r. parentis Justiproposuit Dan. Smedorf. heic an. 1612. & Bicc. in reb. cotid. sect. 3. th. 56. conf. & l.2. C.Th. de sec. nupt. ubi modo dictas Libe. ralitatum species ordine admodum explicat. 6. Dotalitium, quod ex bonis ma- riti defuncti superstite mulieri adsignatur, vel ut lucretur plenam proprietatem, vel nudum habeat usum fr. in diem vitæ. Germ. Leibgeding. Leibgucht. Wittum. Wittwenfik. Mentio ejus fit. in c. 4. de don. int. V. & II. c. 15. de for. comp. 7. Para- pherna, τὰ ὁρόφεγα l.9. §.3. de jur. dot. bona mulieris, quæ dotis titulo marito non sunt obligata l. 5. C. de past. conv. Horum ususfr. & dominium ad uxorem pertinet; administratio v. & custodia penes virum est l.9. §.3. ff. de jur. dot. l.95 ff ad l. falc. 8. Matutinale munus, Gr. ὁρθεὺον δῶσον. Anthol. Teuton. Morgen- gabe. ex quo corrupto Feudistæ deformarunt Morganatica, quod novus Maritus recens - nuptæ ante - signatae s. retro - virginis in solarium jugulatae & conclamatæ virginitatis, & redhostimentum ρυχίς θύεσσαι matutinus impertit, q. præmium ob proœmum ulterioris admissionis intimæ. Juv. 6. 204. ejus meminit, ubi Scho- lia. & Wehn. observ. pract. in voce Morgengabe.

Th. XII. Dotem in concreto variis variorum delineamentis prætervectis, ita depingere lubet, ut sit res ab uxore vel alio vice ejus, oblata marito, matrimonialium onerum facilius sustinendi ergo l.5.pr.l.222. ff. de V.S. l.7. l.76. ff. l.20. l.67. C. de jur. dot. l.21. §.1. de don. int. V. & II. Dicitur autem res, nimis. idonea arg. l.11. §.1. ff. de mun. quæ à commercio non sit aliena, nec habeat obligationis prohibitionem. In dotem itaq; exhiberi possunt: Prædia urbana & rustical. l.13. 14 ff. l.1.2 C. de fund. dot. Hor. 1. ep. 6. Colum. 5.3. res mobiles s. moventes, item quæ pondere, numero & mensuræ constant l.42. ff. de jur. dot. l.un. §.7. C. de R. II. A. nominal. l.2. C. de O. & A. æstimata & inæstimata l.10. l.14. l.16. ff. l.10. C. de jur. dot. l. un. §.9. de R. II. A. Extrema finitionis verba finē designant, np. ut ex fructibus ea cum suis alatur & sustentetur d. l.20. C. & d l.7 pr. ff. de jur. dot. Hac quippe lege ac omne minore cum difficultate elocari queunt l.2. ff. de jur. dot. liquid. maxime necessarium sit dotatas esse eas ad subolem procreandam replendamq; liberis civitatem l.1. ff. sol. matr.

Th. XIII. Dos alia est PROFECTITIA, alia ADVENTITIA. l. un. §.1. C. de R. II. A. ILLA quæ à patre vel à parente profecta est de bonis vel facto ejus l.5.pr. & §§. seqq. ff. de jur. dot. l.4. C. de collat. llp. 6. §.30. HÆC à quovis aliò data est llp. l. c. §.5. l.5. ff. de jur. dot. d. l. un. §.1. de R. II. A. Utriusq; distinctio iterum fieri amat in RECEP- TIAM, quam persona constituens pacta vel stipulata est ut sibi redderetur: & NON RECEP- TIAM, ubi nullum pactum nullavé stipulatio de dote intercessit reddundā. llp. l. c. l.31. §.2. ff. de mort. cauf. don. v. No. 97. c. 5. Tabulis autem dotalibus caveri de dote sol. matr. restituendā solebat, quocunq; matrimonium dirimeretur modo l. 29. §.1. l.33. ff. sol. marr. l.6. pr. ff. de cond. cauf. dat. l.240. ff. de V.S. Th. XIV.

Th. XIV. Dirimitur si solvitur matrimonii variis modis. 1. Morte naturali l. 1. ff. de divort. Rom. 7. vers. 2,3. l. Cor. 7,39. 2. Captivitate d.l.i. sed non absolute l.8. l. 14. §. 1. ff. de captiv. Quapropter ab aliis abstinentum nuptiis, quamdiu certum captivum non ivisse ad plures. Quod si ambiguum sit, exspectandum quinqueannum l.6. ff. de div. imo decennium N. 22. c. 14. Verum Nov. 117. c. 11. & ex eâ desumpta auth. hodie. C. de repud. omnimodis hoc correctum, & constitutum, ut quantis unq; annis maritus in expeditione manserit, mulier sustinere debeat, licet neq; literas neq; responsum ab eo acceperit. De pœnâ in violatricem hujus sanctionis & falsum mortis mariti nuncium constitutâ v.d.N. 117. c. 11. & d. auth. 3. Servitute d.l.i. quippe quæ mortalitati fere comparata l.209. ff. de R 3 N. 22. c. 9. nec cum servis ullum connubium illip. c. 5. §. 5. quod itidem correctum N. 22. c. 8. 4. Divortio d. l. i.

Th XV. Divortium plerumq; contradistinguitur repudio, ut hoc speratum, illud ductam respiciat l. 101. §. 1 l. 191. ff. de V. S. tamen non rarenter cum eo ita confunditur, ut alternis poniament. De eo ita Tertull. de exh cast. c. 9. Adeò repudium à primordio non fuit, ut apud Rom. post annum U.C. 600. id genus duritie commissum denotetur. v.Id.apol.c.6. Gell. 4,3. Primus auctor fertur Sp. Carvili. Ruga cognomine, nuncio uxori ob sterilitatem missio. v. Max. 2, 1. Dion. Hal. lib. 2. Plut. in Num. In eo patrando certa apud Rom. ac solennia adhibebantur verba: Res tuas tibi habeto lib. 2. §. 1 ff. de div. Sen: sua: 1. Id: controv. 13. Collectis quoq; sarcinulis foras v. adere jubebantur Martial. 10, 41. 11, 5. Juven. 6, 146. ademitis vel remissis, quas quondam recens-nuptæ, ceu heræ rei domesticæ extituræ, maritus exhibuerat, clavibus: quarum e Paganis Cic. in Philipp., ex Christianis Ambros. ep. 65. meminuit. Ad extremum libellus divortii l.7. ff. de div. (qui l.6. C. de repud. libellus repudii, Marc. 10, 14. Βιβλίον Διατροφίας. & Matth. 19,7. simpliciter Διπλάσιον vocatur) repræsentabatur & nuncius mittebatur (quod Ter. Ph. 4, 3, 72. repudium renunciare). Missio autem fiebat alia bonâ gratiâ l.32. §. 10 l. 62. pr. ff. de don. int: V. & 11. N. 140. alia cum irâ & offensâ animi d. l.32. §. 10. Prioris causæ eminebant olim Sacerdotium, Sterilitas, Valitudo, Militia l.60. §. 1. d. t. ex jure Justin. bima & trimariti oscitatio, quod maritus, quæ per naturam viris concessa sunt, agere non potuerit l.10. C. de repud: N. 22. c. 6. N 117. c. 12. Vita monastica d.N. 117. c. 12. Posterioris causæ plusculæ sile emersere, recensitæ in l.8. C. de repud. N 117. c. 8. 9. Novissimis temporibus ad præscriptum S. canonis planè contractæ, & ad Adulterium admodum restrictæ. Quam extimam divortii causam ipsa etiam S. Scriptura approbat Matth. c. 5. v. 32. c. 19. v. 9. Luc. 16. v. 18. contracuntibus Pontificiis, qui ne ob adulterium quidem, nedum ob alia commissa admittunt dissipationem matrimonii etiam quoad ipsum vinculum, sed tantum modo quoad torum & mensam can. 1. 2. 4. 5. can. 32. q. 7. c. 1. 2. de divort. v. Horn. lib. 3. compend: Theol: c. 6. §. 53. & seqq. Dicitum

Dictum est paullo antè ADMODUM s. FERÈ, ne exclusa videatur DESERTIO MALITIOSA
quà de Apostolus 1. Cor. 7,15. Hæc in consistoriis pari termè passu ambulat cum adul-
terio. Unde, quia ejusmodi persona deserens fidem matrimonij frangit, permititur
et. désertæ, ad alias transire nuptias, sed per quām cautē, nec nisi ter prius & publicè
quidem citata pars deserens non comparuerit, v. Horn: l.c. § 56. Wisenb. in *æcœur*
ad tit ff. de V. S. Disp 4. th 9. Neque removenda hinc est INTOLERABILIS SÆVITIA, ob
quā mulier à viro digredi, & separationem in toro ac mensā cum exhibitione ali-
mentorum & restitutione dotis petere potest c.8. & i3. X. de restit:ffol: Dico SÆVITI-
AM INTOLERABILEM; ob modicam n. correctionem matrimonium nullatenus dissol-
vitur, cum marito uxorem modice castigare liceat N.ii7 c.14. quamvis maritus, qui si-
ne legitimā causā uxore cecidisse monstratus fuerit, alio coerceatur modo d. N. ii7.

Th.XVI. Soluto sic matrimonio l.morte uxoris l.divortio, repetebatur dos l. à patre
l. à muliere l. ab extraneo l.t.C. sol. matr. nisi aliud cōyentum fuisset l.un. §. 6. C. deR II. A.
Contra hoc dotis judicium marito concessa olim Retentio, ob causas varias: Libe-
ros lc., Mores, Res l. motas l. donatas, & ad extremum Expensas II/p 6. §. 9. & seqq. l.s.
pr. de impens. l. 56. §. f. de jur. dot. l. 15. pr. sol. matr. l. un. §. 5. C. de R. II. A. De hisce p̄mēmo-
ratis sigillatum agere, tum chartæ brevitas, & instituti ratio prohibet, tum festinatio,
ut exorta explicentur. Quare ad propōsītū veniendum, & materia expensarum
modo expendenda.

Th.XVII. Ubijam ex diverticulo in semitam redditum, indagandum est prius, quā
Impensa dotis definiri & dispertiri debeant. Sunt E. cæ, quas maritus in dotem l. ex
necessitate, l. utilitate l. voluptate vertit. Dicūtur alias Dotis Impendia l. 15. b. sumitus l.
42. §. 2. sol. matr. expensæ l. un. §. 5. C. de R. II. A (ubi et. tria antefata conjūgūtūr nomina).
Porro ex p̄mēsa descriptione non difficulter conciēre est, quomodo diribitio for-
manda. A fine n. species impensarum veniunt Necesariarum, Utilium & Volupta-
riarum. Verū cum superius jam th. 5. & 7. de iis affatim actum sit, nolumus hīc
eas repeterē, ne crambe bis cocta.

Th.XIX. Ulterius scr̄utandum, quā maritus suarum queat potiri impensarum.
Necessaria ipso jure dotem minuunt §. 29. l. de act. l. 5. pr. l. 15. b. l. 56. §. f. de jur. dot. l. un.
§. 5. C. de R. II. A. Quod sic accipiendum est, ut si dos consistat in pecunia l. alia quātitate,
ea diminuatur, & tanto minus quām impensum est, uxor actione pro dote repetat.
Si v. in fundo velatio quoc. corpore, hoc ob impensas diminutionem corporaliter
non pariatur d.l. 5. pr. sed si minores sint impensæ, quām fundus valet, fundus quidem
ex parte dotalis esse non desinat, sed interea à marito, dum ipsi de impensis satisfa-
ctum est, retineri queat d. §. 39. d. l. 5. pr. d. l. 56. §. f. Si v. impensæ exæquent superent vē
fundum, totus fundus desinat esse dotalis, si quidem mulier intra annum pecuniam
non offerat; sic tñ. ut impensis postea redditis fundus in causam dotis revertatur; in-
terim v. alienari prohibeatur d. l. 65. §. f. Si a. & in pecunia & in corpore dos consistat,
res p̄p̄rimis minuatur pecuniaria d. l. 56. §. f. Et hæ impensæ necessariae à marito ini-

punè iron omittuntur, alioqui ob negligentiam à Judice is tanti, quanti uxoris inter-
fuerit, eas fieri, damnatur l. 4. b. Nec hoc observatu indignum, harum factarum, quā-
vis res male est gesta, rationem nihilominus haberi: sufficere, si ab initio justa mari-
to impendendi causa fuerit, in tutelam videlicet: ædium ruinam minantium, quas fulse-
rit, et si post fulturam igne bellicæ vi alienæ nec opino casu consumtae fuerint d.l. 4.
h.l. 10. de N. G. In tantum et ratio horum habetur sumptuum, ut si doctota, non habitâ
eorum prius ratione, soluta sit, propter æquitatem locus condictioni sit, ad id quod
pro iis compensari solet l. 5. §. 1. b. Utilium nomine olim quid. concedebatur marito
deductio, si voluntate essent factæ mulieris l. 8. b. sacrâ a. Justin: auctoritate marito
contra uxorem indulta est, si mulieris intercesserit voluntas, *Action mandati*; si minus,
neglectus: l. un. §. 5. C. de R. 11. A. Quod si summa illarum in tantum ex crescere, ut aliunde
quam ex fundo dotali mulier solvere non possit, cogaturq; fundo ob expensas carere,
benignè dicitur, nullam marito deductionem competere d.l. 8. l. 7. 9. §. 1. de V. S. Pro
Voluptariis mulier pati debet tollentem maritum, si modo commodam recipient
segregationem; aut, si vult mulier habere, ab illâ marito reddenda ea, quæ impensa
sunt l. 9. b. Si v. neq; mulier eas habere velit, neq; commodâ separationem recipient,
relinquendæ sunt d.l. 9. l. 38. de R. V.

Th. XIX. Sæpicule matitus non admittitur ad imminutionem dotis pro impen-
sis, videlicet: si insanum in modum (quod Pl. in Mil. 3, 1, 157. est insanire, ubivid. Taubm.)
mediocritatem superent, aut infra eam sint l. 12. l. 15. b. factæ non in dote ipsam, sed
extrinsecus l. 1. §. 2. l. 5. pr. b. vel nomine stipendii vel tributi ob dotalem fundum præ-
stitorum l. 13. b. marito à muliere refusæ l. 5. §. 1. 56. §. f. de jur. dot. erogatae non ad per-
petuam rei utilitatem, sed ad præsentis tantum anni fructum l. 3. §. 1. b. fructum per-
cipiendorum causâ in arando ferendoq; agro, item in tutelam ædium, ægriq; servi cur-
ram, sc. si ex iis nonnulli percipiuntur fructus l. 7. §. 5. sol. matr. in cæterarum rerum dos-
taliū tuitionem, quas suo tuerivir sumtu necesse habet l. 15. b. l. 28. §. 1. de don. int. V. & 12.

Th. XX. Antequam ab hac segregemur paraturâ, nec hoc prætereundum videtur,
non tam facile in universum, quæ impendia ex dote deduci debeant, definiri, quam
singula ex genere & magnitudine estimari posse l. 15. b. Quin sæpen numero ea mixta
exitere videre est, ut vel partim necessiorum, partim utilium; vel partim utilium,
partim voluptuosorum nomine à fine & usu potiori veniant. Ceu sumptus in pistri-
num horreumq; insulae adnexum dotali facti, modo in utilium cententur phalange,
siquid. ibi non necessitatis (cum antehac et. non extiterint), sed utilitatis & commo-
ditatis ergo exacti l. 79. de V. S. modo necessiorum merent vocabulum, si np. neces-
sario facta aut refacta l. 2. §. 3. b. Eadem ratione rectoria classi voluptuarum l. 38. de
R. V. l. 7 inf. de usufr. & utiliū 2dū quid l. 3. §. 4. de in rem vers. inseruntur expensarum.

Th. XXI. Haec tenus faciem dotatis prætulimus veruam, funestum nunc letati ac-
cendamus rogum. Ilicet itaq; IMPENSIS Dotis valere jussis, FUNEBRES exequamur.
Præs nomen, quod in regimine stat, brevi excutiamus manu. Funus alii contendunt
à funibus

à funibus derivatum accensis, feretro præferri solitis, serv. in 12. *A. lsd. n. 2.* A liid Helladi acceptum autmant ferendum, deducentes à Φόνος. Et h. m. funus idem sonaret, quod cædes, letum. Ulterius nomen Funeris πλάνων μον est. Sumitur a. i. pro morte l. necessitate fatali *Juv. 3, 43.* funus promittere patris. Nec volo nec possum. De hujus commatis nepotibus, expectantibus mortem parentum v. *Id. 14, 250.* Ovid l. m. 158. 2. fass: 625. *Sen. 15. de ben. 17.* ubi et. agit de viris, mortem anhelantibus uxorum. : quoru perpes cluer Symbolum: γυναικαὶ τέλειαν κρείτονος δούλην τηγανεῖν. Consultius par dicitur, quam dicitur. 2. Extinctione & internectione. *Lucan. 4, 231.* *Sen. 3. de ir. 15.* 3. Peste. *Qu. Sept. Rom. 1. bell. Troj.* 4. Cadavere l. defuncto *Id. lib 4. Virg. 2. A. 334.* vid. Barth. ad Cland. 1. *Entr. 130.* 5. Sepulcro *Virg. 3. Aen. 13.* 6. Sepulturâ l. pompâ funebri *V. Max. 1, 4.* Gorgias Epirota in funere matris utero elapsus. *Ovid. 3. d art.* Funere sepe viri vir quæritur. Quarum ultima notatio hac potissimum vice attenditur. In quâ si non omnimodis æquiparant, parum certe ab eâ recedunt: Commercium supremæ sepulturæ *Ambros. epist. quâ responder epistolæ Symmachii pagani 54, lib. 10.* Sepultura t. t. x. de sepult. Exequiæ l. 91. ff. de cond. & dem. *Funeratio l. 20. §. 2. l. 29. §. 1. ff. de relig.* *Funeraria Clem. 1. de V. S. Humatio l. f. §. 4. ff. quod vi aut clam. l. 2. ff. h. Cura funeralis l. 14. §. 2 ff. h. condendi corporis l. 88. §. 1. ff. de leg. 1. Curatio funeralis c. 22. cauf. 13. q. 2. Munus supremum l. 5. C. b.*

Th. XXII. Prius quam ad ipsas funeralis descendatur impensas, perlustrandum videtur, quinam muneris portiantur supremi, qui non. Gujus conditionis defunct⁹ sit, non admodum refert, s. audiat capite defectus, s. pileo impertitus vindictamq; meritus l. 15. ff. b. s. nunquam cum Libertate regressus in gratiam, capitevē destitutus. Imò ne quid. obnoxii criminum humatione planè privantur *L. II. C. b. Deut. c. 21. v. 23. 30. c. 8. v. 29. c. 10. v. 27.* Sed eorum corpora non solum cognatis l. 1. ff. de cadav. puni: verum et. quibusl. potentibus l. 3. ff. d. t. ad sepulturam dantur, sed tn. non aliter quam si fuerit peritum & permisum d. l. 1. *Job. 19. 3.* *Cass. 2. V. L. 22.* evol. qq. Dn. *Sororius, vener. Theol: mem: Dorscheus hept; hist: Theol: diss. 4. quâ agit de peregrin: ad sepulcr: Christi p. m. 322 & seqq.* Ex animadversis a. quidam aliquâ, sed non adeo honorâ & speciosâ, quidam nullâ, s. ut S. Scriptura loquitur, asinina *Jer. 22, 19.*; qualis prædicta familia Jeroboameæ l. Reg. 14, 11. dignantur humatione. v. S. Petri: *I. V. L. 5.* Cujus inter cæteros farinæ sunt 1. Hæreticæ, 2. de hær. in VI. 2. In torneamentis decedentes illicitis c. l. de torn: 3. Excommunicati c. 12. de sep. c. 11. de pæn. & rem. 4. Parricidæ §. 6. 3. de publ. *Jud. l. 9. pr. del.* Pomp. in quibus nomen suum proficeri crudelissimum eos, qui dominos suos plectibili trucidârunt scelere, adserit I theoder: rex Ital. apud *Cassiod. 2. V. L. 29.* 5. Autokrætes, quos *Serv. in A. 2. 603.* suspendiosos & *Sen. ep. 70.* interfectores sui vocat. Hi in triplici veniunt discrimine: Primo, qui absq; fraudulentio animo ex maniâ, melan-choliâ aliavé mentis impotentia mortem sibi inferunt. Hi miseratione potius digni quam poena habentur *Nemes. Carol. 4. 135.* nec proin sepulturâ orbandi, præsertim si

devitâ bene olim pieq; constet transactâ : quâvis de ceremoniis & solennitatibus ordinariis aliquid sit remittendum, quo alii ab ejusmodi facinore deterreantur *Carpz.* lib: 2. tit: 24. def: 377. n. 10. Secundo quibus nimia habendi prurigine flagrantibus iniciatis pes decollavit lucri, l. pudor audiendi nomina ad incitas redacta inculus est, & hinc ēxēmitudēs vita laqueo, ferro, aquâ aliavē temerariā evitata ratione. l. 1. §. 23. ff. ad 8c. syl. l f. §. 4. de bon. eor. qui ant sent. Horum cadavera inhonestam subeunt sepulturam c. 12. caus. 23. q. 5. & ut plurimum hodiernis moribus manu carnificis per lumina demissa, vel sub limine ædium emissa, in locum mittuntur peculiarem. Tertio qui sceleris conscientiâ obstricti, l. formidine pœnæ concussi, conscientiâ morte spontaneâ suppliciū antevertunt l. 1. §. 3. de his qui not: inf: l. f. pr. de bon. eor. qui ant: sent: Horum cadavera, præterquam quod honestâ preventur sepulturâ, nonnunquā pro qualitate delicti perpetrati intuitu & exemplo terroris aliis incutiendi insepulta relinquentur, & l. rotæ imponuntur, l. igne concremantur. *Carpz. Jurispr: consil: d. l. 2. t. 24. def: 379.* n. 5. & part. 3. *Prax: crim: q. 101. n. 29.* & q. 131. n. 41. & seq. & q. 137 n. 20. 6. Usurpationis manifesti c. 5. de usur. c. 2. eod. in VI. 7. Hostes patriæ s. perduellionis, majestatis causâ damnati d. l. 11. §. 3. l. 8. §. 2. de pœn: l. 35. b. l. 1. de ead. pun. V. Max. 6. 3. 8. Suspensiosi. d. l. n. Ad horum censum nostris referri possunt moribus fures ad patibulum, raptores ad rotam, dannati, frustatum item concisi, distracti equi, & talium pares.

Th. XXIII. A personis funerandis ad funerantes desiliamus exemplò. Supremum hoc fungi officium præcipue oportet, quem judicium defuncti elegit supremum: Si hac de re defunctus non cavit, nec ulli delegatum est hoc muneris, scriptos ea res contingit heredes: Nemine scripto, legitimos vel cognatos, suo quosq; quo succedunt, ordine l. 12 § 4. l. 30. §. 1. b. similiter dotis morte mulieris lucratores, l. patrem l. maritum l. 20. §. 1. b. dotis datores. l. 20 pr. b. dominos famulitii l. 31. §. 1. b.

Th. XXIV. Prædictarum personarum, ut dictum, jam est expensas facere funebres. Sunt a. illæ, quæ ideo fiunt, ut funus ducatur, s; sine quâ funus duci non possit l. 14. §. 3. l. 37. pr. h. *Caßiod. 3. V. L. 19.* Hæ impensis funeris l. 8. §. f. de leg. 2. *Plin. 21. ep. 32.* *Phædr. 4. fab. 21.* sive sepulcri *Ovid: ep. 7. in f.* sive exequiarum *Val. Max. 4. 4.* dicuntur et. Expensæ l. 22. §. 9. C. de Jur. delib. Suntus t. t. ff. & C. b. impendia *Erasm. collog. de fun.* & *Lubitina Liv. 4.* imo Funus quoq; & sepultura l. 19. de in rem vers. V. Max. 4. 4. Cujus notæ sunt, quæ fiunt l. in Pharmacæ applicita illi morbo, quo debitum quis reddidit naturæ, & *Solstra Medicorum l. 4. C. de pet. her. l. 60. §. 1. l. 61. profoc. l. 3. C. b. 2.* Communionem ante osculari, valere jussi & conclamati *Act. 9. 37. l. 14. §. 4. b.* Ubi obiter q. nozandum, Dardanidas Illyricos ablutionem trinis tantum in vitâ vicibus adhibuisse, in recens infantariis, jugatis & denatis, juxta traditionem *Ælian. 4. max. 150. 5. 3.* Uncturam & suffitum *Gen. 50. 2. Job. 19. 40. l. 37. pr. h. l. 7. §. 3.* de in rem vers. hodie ferent in funeribus Magnatum solum usitatum: nisi forte aromatum & vinguinum vices implante servia & herbae odoræ. 4. Pollincturam (quâ de v. *Salm. ad Vopisc. in vit. AU-* *rat. p. m. 147.*) & Amictum *Job. 11. 44 c. 2 de auct. & us pall: l. 14. §. 4. b. l. 113. §. 5. de leg: l. 1. 19.* de in rem vers. l. 5. §. 8. de inst. act. *Appul. 4. flor.* ubi diserte pollincturâ ab uncturâ separat.

5. Custodiā l.14. §.4.b. 6. Leclulū, qui & Capulus quoq; Feretrum & Sandapila audit.
Gr. ολιν & οοεις. Luc.7,14. N.59,6. Lectulos tales Antiquitatem ambitiose multipli-
caste, colligere est ex ll.12.tabb.apud Cic.2, de ll. Cujus adhuc imitatores parent Poten-
tiores, ligneæ arcæ aliam superinducentes ligneā, ahençal. flanneā. 7. Delationem s.
venez Φοροv Luc.7, n. l.14. §.3. b. N.59 pr. 8. Siticines τυμβάνλας Matth.9,23. ll.12.
tabb. ap. Cic. l.c. In tibiarum tubarumq; locum apud Christianos videntur successisse
æris Campani tinnitus c. n. de pæn. & rom. 9. Praeficas & Cantatōres 2. Par.35,25. Jer.
9,17. c.28 caus 13 q.2. c.12. causa 13. q.5. quis appendicis instar adnecti queunt nostrates
Indictores s. Indictrices funerum, qui aptè & Designatores (quibus de sen. 6. de ben.
38. Hor.1. ep.7.) vocari possent. 10. Sarcophagum s. sepulcrum & monumentum 16.
§.1.l.m.l.14. §.3.l.37 pr. b.l.18. §.f. de al. leg. Gen.23,4,6,9. Joh.11,34. 11. Insignia s. Imag-
nes & Cereos Val. M 8,15. Tac. 3. A.76,4.4,9, 4. Sen. detr. an. c.12. Id. de br. rit. c.20. quo-
rum usus modo in exequiis est splendidioribus. 12. Veste pullas viduorum, orpha-
norum, domesticorum aliorumq; proximorum d l.14. §.6.h Ovid n. met. Sen: consol:
ad Helv. 6. Propert: 4,12.l.8. de his qui not inf. ibiç Gotofr: quæ quampl: admittuntur, ceu
pars & lequa ipsius luctus; modo sint moderatae, defunctiç respondent conditi-
oni. 13. Epulas, alias etiam Silicernia & Parentalia dicta. Gr. οιδειννα. Tob.4,18.
si modo dignitas defuncti id exposcat, & facultates ejus admittant arg l.12. §.5 & l.14.
§.6 & 10 h. Hæ stebant nono luctus die, unde & Novendiales coenæ. Tac. 6,51. N.115 c.5.
ibiç Gotofr. Earum luxus à Paganis ad Christianos pestis fluxit contagio: unde in-
ter alios corruptorum temporum correctores & correptores egregiæ in istum inve-
ctivæ utitur August: lib. de mor. Eccl: Cath: Novi multos, qui cum luxurioſissime luper
mortuos bibunt, & epulas cadaveribus exhibit, super sepultos seipſos sepeliunt.
Teutonum quidam vocant: die Haui versauffen: alii das Erid vertrincken. v. Bernegg.
diss. de conviv: n. 122.

Th. XXV. Ut a. modus, ceu optimum, in quavis reservandus l.40.pr. de damn.inf.
Pythag.v 37.38. ibiç Hierocl. & Marci. Colom 1,3,5,5.; ita præcipue in sumtibus feralib⁹
l.14. §.6.b. ratio namq; haberi debet facultatum ejus, in quem sumtus fit, & dignita-
tis, & rei ipsius, quæ ultra modum sine caussa contumitur l.12. §.5. d. l.14. §.6.b. usq;
adeo ut nec voluntas sit sequenda, si res justam sumtus egrediatur rationem d. §.6 &
§.1.21. b. E diverso, nec ita modicus fieri debet sumtus, ut in defunctum aliqua inde
redunder contumelia d. l.14. §.10 h. Sa penumero iecirco ipsi testatores de modera-
tionē expensi adhibendā monere amant; nec funeris cura semper heredi, sed ami-
cis, quibus certa è medio præcipitur pecuniæ mandare d.l.4. §.2 b.l.88 §.1. de leg. 2.
quis nomen exinde obvenit Curatorum Executorumq; testamentil. testamentario-
rum. Hoc utrumq; inter alia videre est ex elogiis nobilis Philosoph. paris Stratenis &
Lyconis, commemorati à Laert:lib.1. quem v. Interd, tñ non admodum diſpositioni
mos geritur supremæ, turpi sc. & inepta & legum adversariae l.15.l.27. de cond. inſt l.f.
§.f. de aur. & arg. leg.l.14. §.5 b. qualis fuit illa Andini vatis super suo cedro digno Alhei-

dos opere, spreta à D. Augusto, animi perturbationi eam adscribente. v. Bernegg. miscell. diss. ex Tac. Dodec. 6. q. 8. Nemine id munus suscepturn, prætor l. Magistratus municipalis ad exequias expensas decernere debet; siquidem pecunia in hereditate, ex pecunia; si non est, distrahenda ea, quæ tempore peritura sunt, quorumq; retentio onerat hereditatem; sin minus, l. à debitoribus pecuniam, si facile exigi possit, conquiret, l. si quid auri argentiq; fuerit, id distrahi aut pignorari jubebit, ut pecunia expediatur l. 12. § f. l. 13. l. 14 pr. §. 1. b. & si res legatae sint à testatore, de cuius funere agitur, nec sit unde funeretur, ad eas qq. manum mittere oportet: satius n. est, de suo testatorem funerari, quam aliquos legata consequi d. l. 14. §. 1.

Th. XXVI. Ad summus exequiarum iustos prodita est actio, quæ audit Funeraria l. 14. §. 6. b. & Funeratitia l. 30. pr. b. quâ, quod funeris gratiâ expensum est, ejus recuperandi nomine, in eum, ad quem ea res spectat, judicium datur l. 12. §. 2. b. Descendit ea ex q. contractu & ex æquo & bono æstimatur d. l. 14. §. 6. & 7. b. & haut incommode bona fidei dici meretur arg. dd. text. velut n. qui viventis negotia sine mandato gerens obstringit sibi dominum t. t. ff. & C. de N. G. haut secus, qui in funus quid erogat, cum defuncto, sâpe et. prius quam hereditatis petitio compleatur, humando contrahere creditur l. 1. d. l. 14. §. 7. 6. quandoq; cum futuro herede, si np. q. heredis negotium gerens funeravit l. 14. §. 7. & 16. b. In subsidium a. à Prætore singularis hæc neg. gest. actionis species introducta est; quæ cessat, quoties quis aliam super iis consequendis habet actionem l. 14. §. 12. 15. b.

Th. XXVII. Competit hæc actio 1. Ei qui negotium defuncti aut heredis gerens impendia fecit exequialia l. 12. §. 3. l. 14. §. 7. seqq. b. Heredibus & reliquis successoribus l. 31. §. f. b. 3. Mandatori l. 14. §. f. b. 4. Possessori hereditatis l. 32. pr. b. 5. Legatario legata eroganti l. f. §. f. b. qui si extra ea quid impenderit, juxta cum legato consequetur expensas l. 3. C. b. Excluditur ab è 1. Funerans pietatis causâ donandi; animo l. 14. §. 7. & seqq. b. Quod si pietati pro parte tm. studuerit, pro parte animum habuerit & reperendi, illam impensæ consequetur partem, quam non donandi fecit animo. Ne quis a. in posterum questionem patiatur, oportet testari eum, quo fecerit animo. d. l. 14. §. 9. b. 2. Erogans in contumeliam defuncti d. l. 14. §. 10. b. 3. Faciens sumptus alienos, extra funeris causam d. l. 14. §. 6. in pr. & f. l. 37. §. 1. b.

Th. XXIX. Impetratur hac actione quivis, ad quem funus spectat, ut sunt: 1. He redes, Successoresq; reliqui l. 14. §. f. l. 15. l. 31. pr. b. Paul. l. sent. 22. §. f. 2. Pater, filio funerato l. 21. l. 30. pr. b. 3. Lucrans dotem, muliere defunctâ l. 18. seqq. b. æquissimum n. visum est veteribus, mulieres q. de patrimonii suis ita de dotibus funerari; & eum, qui morte mulieris dotem lucrat, in funus conferre debet, si pater mulieris sit, C. maritus d. l. 16. & l. 22. b. impensa n. funeris æs alienum dotis est l. 18. l. 19. b. 4. Herus servitii demortui l. 31. §. 1. b. Cessat a. 1. adversus Mandantem funerari: quia adversus hunc mandati competit actio l. 14. §. 16. b. Mandatarium testatoris: quippe quod ille supremi ejusmodi omislor officiū & hujus contemtor judiciū aliâ non feriatur pœna, nisi

nà, nisi quod ab emoluméto, quod ei pro hoc relictum est, repellatur l.12. §.4. b. 3. Vi-
tum: si mulieri viventi dotem solverit, aut hæc post divortium alii nupta decesserit;
licet ille dotem lucris faciat l.29. pr. b. Deniq; notandum, quod actio hæc funeraria sit
privilegiata l.f. §.f.b. Impensa n. funeris semper ex hereditate deducitur, quæ et omnes
creditum solet præcedere, cum bona solvendo non sunt l.45 l.14. §.1. in pr. & med. b.

Th. XXIX. Excussis hue usq; dotalibus & funebris lamenpasin, faculis dæid &
sacræ aliquantillum adspargetur olei & impensa, LITISq; sumtu levi & brevi dehinc
eventilabitur palmæ. Utrum jam vocula LIS sit origine Latina à Limitibus dicta,
quod principes superlimitibus exticerint lites c.10. de V.S. Gotofr. in l.36. ff. de V.S.; an
v. Græca, διπόλευκης unde λύτρα & λύτρις, quod lis sit dissolutio, cœu concordia unio;
vel et, ex Teutonibus proslata à Eriden/ quod forte multa in litibus patiamur: (v. J.V.
wintb.D.inaug.bab.Basil.an 1608.de Lit cont. §.6.) κοπλικῶν πάσοι decertandum remit-
titur, ut solvant veterem de litis nomine item. Etymologiam excipit Homonymia,
quâ nechoc caret verbum. Denotat n. 1. extra forum omnem concertationem, ri-
xam & dissidentiam Or: i.m.21. Hor: 3. O 14. Virg: 3. E.108. 2. In foro quamvis actionem
l. in rem l. in personam l. 36. de V. S. Quâ de causâ promiscuè non rarò litis &
actionis nominum usus, ut l.4. de jud. l.107. de R. J. v. & l. 30. de min. l. 10. de judic.
l.18. §.4. de dol: mal:t.t.C.Th. de iroff: test: Insuper non civilem solum, sed & crim. l.3. C.
de his qui accus. Interim tn. propr. loqu. actio & lis discrepant l.1. C. de lir: cont: l.1. f. de
in lit: jür: 3. Rem, quâ de controvertitur Varro 6.LL.5.l.9 C. de suis & leg. Sic litis æstima-
tio dicitur rei in controversiam deductæ æstimatio l.46. l.47. de R.V.l.15. inf. de jud:
l.8. de quod cert: loc: Pro lite æstimata V.Max:5,3,2. sufficit pœnam finitam & 4,1,8, pe-
cuniam judicatam. Instantiam judicij, quæ à lit. cont. infit & in sententiâ desinit
l.13. §.1. C. de jud: l.f. C. ut int: cert: temp: ad Obr: ir: de Lit: cont: c.1 n.10. & seqq. Adhæc litis
nomen si non ex asse omnes adsequuntur, sanè non multis pleraq; ab eo parasangis
distant dictiones hæc: Litigium l. 49 pr. de rec. arb: Causa l.14. pr. de appell. l.f. de fer.
unde & Causidicorum nomen. Res l.f. §.f. ad SC. Turp. Auf. s. d. 12. Actio l.9. de sep. viol:
Negotium l.2. de app. rec. quæ lex totidem exprimitur verbis in c.36. q.6. cauf: 2. Causa
i.t. C. de Ord: cogn: Jurgium, q. juris garrium; eo quod hi, qui causam dicunt, jure di-
sceptant l.f. fam: herc: c.10. de V.S. Quæstio l.15. de V.S. Querimonia l. 3. §. 3. C. ubi sen.
vel clar. Disceptatio l.3. 4. C. de ord: jud. Judicium l.16. pr. C. de testib: Strepitus l.22. C.
ad l. Corn: de fal: C. af: 3. V.L.37. Contentio l.2. pr. si sing. eis dic: Conflictatio l.33. § 8. C. de
Ep. & Cler. Disputatio l.21. §. 6. de rec. arb. Certatio l.24. C. de legat. Rixa Quintil. decl. 6.
Accusatio l. 6. §. f. de inoff. test.

Th. XXX. Enodato litis termino, ad ipsas ejus impensas delabi lubido est. Sunt a-
eæ, quæ à litigatoribus in judicio factæ sunt, ad consequendum jus suum l.13. §. 2. & 6.
C. de jud. §.1. 1. de P. T: L. t. t. C. de fruct. Nuncupantur & ipsæ absq; differitate litis impen-
sa d. §. 1. l. 22. §. 4. rem rat. hab. Impendia d. l. 22. §. 5. l. 46. §. 6. de proc. Expenſæ t.t. C. J. &
Th. de fruct. Sumtu l.3. 4. C. d. t. Item Dispensia c. 3. de rescr. in VI. Expendia in judicio
facien-

facienda c. 5. de dol. & cont. Sumptus judicarii l. un. C. de mon: in judiciis faciendi & sportulæ t.t C. de sport: l. 29 § 1. C. de ep. aud. Sportulæ & litium expensæ l. f. C. de præp. ag. in reb. Habitæ concertationis impendia l. 2. C. Th si vag: pet: manc: Sicut a. sportulæ pro Expensis & Erogationibus , itavicissim Expensæ & Erogationes pro sportulis accipiuntur l. 37 C. Th. de dom & pr. Germ: Leg. Hülff und Cerichsgelder. Gerichts Kosten. Prozeß Verlag. Rechtfertigungs Unkosten. Wrtelgebür. Spesen (quæ vox descendit l. à Lat. Expensæ, à Germ. Speiß; idem notante quod Rost) Harum aliæ sunt Necessariæ, aliæ Delicatæ. c. pen. inf. de eo qui mitt: in bon: pos: l. 25. in f. de pign. act: Delicatæ, aliter et. voluntariæ, & supervacuae dictæ, exponuntur eæ, quæ ab altercatoribus tuâ largius expromuntur sponte. Cujus farinæ censemur Largitiones, quæ causarum patronis pro clientelis ultra palmarum arrhabonis aut alio aliquo nomine insanum in m̄ odum obveniunt. Item si itineri immoderatum adhibitū fuerit prouium. Illæ in reputationem non veniunt l. 39 §. f. l. 40. pr. de dam. inf. c. 43. de rescr: Necessariæ sunt, quæ à litigatoribus pro more judiciorum suero expositæ sunt, & sine quis negotium absolutum iri nequivit t.t. C. Just. & Th. h. c. 5. 6. de dol. & contum. l. 31. §. f. de V.S. Vocantur alias Legitimæ & moderatæ d. c. 5. & 6. in f. c. 1. inf. de seq. pos: Justæ l. 6. §. f. si pars hæc: pet: l. 3. C. quod cum eo. Competentes l. II. C. de testib. Probabiles d. l. 3. §. f. l. 4. §. 9. de dol exc: & de his extremis, necessariis se, præcipue modo agitur.

Th. XXXI. Litigio jam terminato obtinet regula forensis tritissima: Victimæ victori regulariter in Expensas condemnâ lus l. 13. §. 6. l. 15. C. l. 79 pr. ff de judic. auth. generaliter a. C. de ep. & cler. N. 82. c. 10. c. 5. de dol. & cont. c. 4. de pœn. §. 1. f. de P. T. L.. Huc referuntur inter cætera impendia illa, quæ præbentur 1. Ad judicarii processus instructionem, videlicet in Advocatos, Procuratores, Notarios, redemtiones processuum, copias actorum, compulsoriales, executoriales &c. c. N. 124. c. 1. Ex horum catalogo excludi solent impensæ factæ in Consiliis & informationibus Dd., Scabinorum Facultatumq; (quæ vernac: lingua audiunt Belehrung), si nim. separatim & clandestino eas sibi comparare annisi fuerint. Quid a. fier de Advocato & Procuratore, quia ut in suâ ipsemet causâ patronus extiterit, aut gratis litigantibus operam addixerit, patrociniumq; impenderit? Prior in tantum auditur super recuperatione sumtuū, si probârit litem hanc obstaculo fuisse, quo minus rem aliunde fecerit, aliisq; suam commodârit operam. Et posteriori habetur ratio, ubi non simpliciter animo donandi, sed redhostiendi gratiâ id exhibuerit operæ l. 10. §. f. junct: l. 12. pr. mand: 2. In citationem, examen, victimæ & vecturam testimoniæ eorumq; testimoniiorum publicationem l. 3. §. 4. ff. l. II. C. de testib: l. 6. §. 2 C. de appell: l. f. C. Th. de fid. teste. II. §. pen. de rescr. in VI. 3. Ob solutionem pecuniarum judicibus competentium N. 82. c. 9 Hæ Latinis Sportulæ (quæ vox in Nov. Gr. retenta est N. 53. c. 3. §. 2. N. 82. c. 2. N. 122. c. 28 N. 124. c. 3.) Ceterum judices ordinarii regulariter nil olim larari à partibus indipiscabantur: quippe quod publicè suppeditabat l. 3. C. ad l. Jul. repet. l. 1. & auth. subj. C. de pœn. jud. qui mal. N. 134. c. 1. inf. Quod et. in Adiutoribus Cam. Imp. observari inter Dd. constat, quibus

quibus status imperii annum suppeditant salarium. Pedaneis v. præter annum fa-
larium geminæ auri libræ, tam sub exordio quam exodio negotii duo porrigebantur
à partibus aurei, causâ 100. aureos superante N. 82. c. 9. c. II. verf. ad secessore. de reser. in VI.
Nostris moribus passim fere obtinere fertur, ut ordinarii & q̄ ac delegati judices tra-
gemata accipiant diuina. His judicium sportulis accensentur illæ, quæ viatoribus,
apparitoribus & executorialibus negotiorum ministrantur t.t. C de sport. §. 24 J. de act.
I. 2. C. de plus pet. N. 112. c. 2.

Th. XXXII. Causæ ob quas debentur, geminæ præcipue recensentur: Retarda-
tus Processus & Victoria. Ille sub se complectitur 1. Temerariam citationem l. 79.
inf. de jud. 2. Contumaciam l. 13. §. 2. l. 15. C. de jud. 3. Moram s. dilatam cognitionem
iniquam l. 4. C. b. Harum caularum intuitu debitæ impensæ in quavis litis spithamæ
exiguntur, etiam ante ulteriore processum, nec adeo stricte in terminum reservan-
dæ litis. Poterit tamen ejusmodi exactio & condemnatio, si forsitan præterita fuerit,
usq; ad sententiam à judice suppleri.

Th. XXXIII. Regula de condemnando in impensas succubente superius expressa
locum habet, si controversia sit Civ. s. Crim. l. f. C. b. l. 3. C. qui acc. non pos. c. 6. pr. verb.
quædam crima. & inf. de dol. & cont. Exuitur ea efficaciâ & virtute suâ, si victo justa
litigandi causa fuerit l. 79. de jud. l. 78. §. 2. de leg. 3. Lindem. JC. primus Materteræ meæ ju-
galu exerc. Justin. 10. th. 14. Nulla námq; temeritas imputari potest ei, qui justâ nititur
altercandi causâ. Quapropter impensæ compensantur h. e. quisq; disceptantium im-
pendia facta sibi habet l. pen. §. 1. C. b. auth. pos. jus j. C. de jud. N. 12. c. 10. Quæ v. justæ sint
causæ, varie tractant Dd., earumq; alii breviorem, alii prolixiorum statuunt numerum,
qui ob angustiam iniri hic nequit. Interim arbitrio judicis committitur, quæ tales sint
putandæ; ei n. incumbit a stimare causam ex qualitate facti & personæ conditione
arg. l. 38. de R. V. l. 9 C unde vi. Insuper privilegio aliquo gaudent nonnulli, ut pauciores
humanioresq; aut prorsus nullas præstent portulas: quod & parti contraria prodest,
si succumbat; quamvis alías eodem destitutur l. f. C. b. l. 12. §. 4. C. de prox. sacr. scr.

Th. XXXIV. Perit victor impedientia illa l. actione, l. sola judicis officii implora-
tione. Jure actionis peti volunt Dd. 1. Actione ex stipulatu, si sc. inter litigatores su-
per iis victori refundendis convenerit. 2. Actione ex statuto, qn. evidenter decre-
to alicujus loci super condemnatione in ea cautum sit. 3. Actione judicati, si videli-
cer sententia super iis lata. l. 3. C. b. Extra hos casus remedium pro impenetrans im-
pensis in officio ponitur judicis, quod mature implorandum, np. intra diem senten-
tiae latæ l. 42. de re jud. Quod si petitæ non fuerint, judex non tenetur victum in eas
condemnare arg. l. 13. §. 6. C. de jud. potest tamen ex officio, licet non imploratus, eas
supplere arg. l. 25. §. 8. de æd. ed. Censetur v. Imploratus, qn. victor expressè reum
sibi in eas condemnari rogat, vel tacitè. Posteriori fieri putatur, si victor, aut l. bello
clausulam hanc salutarem: PETO MIHI JUS ET JUSTITIAM ADMINISTRARI OMNI MEL.
modo; aliamvè æquipollente annexuerit, aut in fine libelli de iis protestatus fuerit.

C

Th. XXXV.

Th. XXXV. Reposcens Victor expensas, debet eas in mundum reducere (quod vulgo liquidare audit) judicij; offerre, annexa petitione, ut eas ex aequo & bono restituerit, taxet, victumque in eas condemnnet. Judex acceptae designationis victum reddit participem, ut exceptione, replicatione & duplicatione utraq; parte usq; super illo concludatur articulo, & postilla impeniae moderentur: iis ita moderatis, vietorem jurei. (quod tamen remittitur, si sumtus sint modici, & intra 20. flor. consistant.) probare jubet, quod plures, & non minores fecerit, & tandem sententiâ definitivâ victum actutum in expensas condemnat. N. 82. c. 10. art. b post ius. C. de jud. l. g. C. und. vi.

Ad extreum antequam satis insipida plane removeatur mensa, mala quaepiam, non adeo mala, huic Hecales summittere coenæ, volupe est. Ingenuo incumbere pectori didici, laudare per quos pro feceris. Strictim itaque nomina Autorum, subsidia ad hunc discursum pertexendum impertitorum, dæq; industriæ haec tenus omis- sorum, ne stipatae allegationes ipsi discursus contextui quicquam subducerent: ex quibus exactiora & productiora peri queunt, delineanda erunt. Generatim & universè de IMPENSIS ex professo tractarunt Garsias tr. de Expens., Joh. Born. in Disp. de Expens. hab. Lips. 1642. Joach. Wichtman in Repet. mater. de Expens. hab. sub præf. Joh. Ott. Tab. Argentorati 1644. præterea Dd. in citt. tit. II. §§. capp. & can., præpri- mis Wesemb. in parat. ibijs Bach. Ludw. & Hahn., Zæs. in 20., Peref. in C., Sneidw., Harpr., Schultz. & Bacchov. in Inst., Rittersh. in Nov., Inst. & II. 12. tabb., Cuj. in parat: ff. & C., in tit. ff. de V. S. (ad cuius tit. l. 79. v. Alciat., Broch., Forn., Gödd., Wissemb., Beym., Corvin. & Wegen.) & R. J., Paulum & alibi, Mejer. in Coll. Jur. Argent., Scotan. in exam. jur., Althus. in Dicæol., Struv. in exerc. π., P. Greg. Tolos. in Syntagm. jur., alijs à præfatu & Nævio in System. jur. allegg. Sigillatim de FUNERUM IMPENSIS Fin- kelti., G. C. Walb. (ut ipsemet testatur Postill. jurid. part. I. pag. 322, vid. & part. 2. p. 632. & seqq.), Kirchm., Meurs. (ut ipsemet similiter testatur in Rom. lux. c. 16.), Gejer., Quenstat., Sopran. digress. secund. annex. comment: in David., Vestring. in Disp. inaug. ha- bit. Gryphsw. 1643. de Exequ. fun., auctoresq; ibi citt. De IMPENSIS LITIS Comment. ad process. jud. v. g. Umma, Ferrar., Pinell., Gilb. arb. jud., Fr. Schenck/ Jac. de Aren. & Lanfr. de Expens., Geil. & Myns. obs., Gudel. tr. de jur. noviss: l. 4. c. 13. Bocer. cl. 5. D. 30. Unzer. in Disp. Inaug: hab. Jen. 1653. de Sportulis, ceteris ab iis adductis.

Jam satis Impensæ: dis pensio pensa repenset!
Finis In Nomine JESU Sumtuum,





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn735194734/phys_0024](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735194734/phys_0024)

DFG


quibus status imperii annuum suppeditant salarium. Pedaneis
larium geminæ auri libræ, tam sub exordio quam exodio negoti
a partibus aurei, causâ 100, aureos superante N. 82. c. 9. c. ii. vers.
Nostris moribus passim ferè obtinere fertur, ut ordinarii & quæ
gemata accipient diuina. His judicium sportulis accensentur
apparitoribus & executoribus negotiorum ministrantur t. t. C
l. 2. C. de plus pet. N. 112. c. 2.

Th. XXXII. Causæ ob quas debentur, geminæ præcipuae
tus Proceslus & Victoria. Ille sub se complectitur 1. Temer
in f. de jud. 2. Contumaciam l. 13. §. 2. l. 15. C. de jud. 3. Moram sa
iniquam l. 4. C. b. Harum causarum intuitu debitæ impensæ in
exiguntur, etiam ante ulteriore processum, nec adeo stricte i
da litis. Poterit tamen ejusmodi exactio & condemnatio, si
usq; ad sententiam à judge suppleri.

Th. XXXIII. Regula de condemnando in impensas succub
locum habet, si controversia sit Civ. s Crim. l. f. C. b. l. 3. C. qui
quædam criminis. & in f. de dol. & cont. Exuitur ea efficacia & vi
litigandi causa fuerit l. 79. de jud. l. 78. § 2. de leg. 3. Lindem. JC. pr
galu exerc. Justin. 10. th. 14. Nulla namq; temeritas imputari po
altercandi causâ. Quapropter impensæ compensantur h. e. qui
pendia facta sibi habet l. pen. §. 1. C. b. auth. post. jusj. C. de jud. N. 12
causæ, varie tractant Dd., earumq; alii breviorem, alii prolixior
qui ob angustiam iniri hic nequit. Interim arbitrio judicis com
putandæ; ei n. incumbit & stimare causam ex qualitate facti
arg. l. 38. de R. V. l. 9 C unde vi. Insuper privilegio aliquo gaudent
humanioresq; aut proflus nullas præstent sportulas: quod & p
sisceumbat; quamvis ab aliis eodem desituatur l. f. C. b. l. 12. §. 4.

Th. XXXIV. Petit victor impendia illa l. actione, l. solâ
tione. Jure actionis peti volunt Dd. 1. Actione ex stipulatu, si
per iis victori refundendis convenerit. 2. Actione ex statuto
to alicujus loci super condemnatione in ea cautum sit. 3. Ac
cet sententia super iis lata. l. 3. C. b. Extra hos casus remediu
pensis in officio ponitur judicis, quod mature implorandum
sit latæ l. 42. de re jud. Quod si petitæ non fuerint, judec no
condemnare arg. l. 13. § 6. C. de jud. potest tamen ex officio, lic
supplere arg. l. 25. §. 8. de æd. ed. Censetur v. Imploratus, q
sibi in eas condemnari rogat, vel tacite. Posterior fieri putat
clausulam hanc salutarem: PETO MIHI JUS ET JUSTITIAM AD
Modo; aliamvè & quipollente annexuerit, aut in fine libelli

C



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No.

um fa
bantur
r. in VI.
tes tra
oribus,
. de act.
etarda
em l. 79.
ionem
itham
servan
fuerit,
xpressa
pr. verb.
to justa
me & ju
nititur
um im
sta sint
merum,
ales sint
ditione
uiores
prodest,
fir.
implora
ores su
r decre
si videli
ndis im
senten
im in eas
atus, eas
se reum
at libello
ANI MEL.
us fuerit.
XXXV.